



## **Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia**

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis  
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium  
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum  
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed  
Theologis ...

**Drexel, Jeremias**

**Antverpiæ, 1643**

40. Tandem migrandum hospites sumus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

## Aeternitatis Prodrömi Caput II.

59

*Tab. c. 3. a. ratio probaret te. Hoc autem pro certo habet omnis, qui te co-*  
*lit (o Deus) quid vita ejus si in probatione fuerit, coronabitur: si autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & si in corre-*  
*ptione fuerit, ad misericordiam tuam venire licebit. Non enim*  
*delectaris in perditionibus nostris: quia post tempestatem tran-*  
*quillum facis, & post lacrymationem & fletum, exultationem*  
*infundis. Sit nomen tuum Deus Israel benedictum in secula.*

*Inc. cap. 6.* Ergo, Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Vasa figuli pro-  
*bat fornax, & homines justos tentatio tribulationis. Agrotus*  
*igitur ad omnem patientiam compositus dicat: Iras-*  
*Domini portabo, quoniam peccavi ei: donec causam meam ju-*  
*dicet, & faciat judicium meum, & educet me in lucem, videbo*  
*justitiam ejus. Quod si divina ira tam gravis est quae pur-*  
*gat, quam erit gravis quae damnat? Hanc nulla, illam vel*  
*mediocris flectit patientia. Quapropter, mi agrote, ad*  
*omnigenam te patientiam compone: Patientia tibi an-*  
*te omnia summè necessaria est. \* Cibus tibi fortasse*  
*non sapit? Patientia: commune hoc agrotis est, & ple-*  
*rumque primum, eduliorum gustum non habere. Som-*  
*nus tibi brevis & interruptus? Patientia, agroti vix un-*  
*quam tam bene dormiunt ac sani. Dolores te urunt?*  
*Patientia: hoc morbi proprium, hoc agrotare est. For-*  
*tasse negligentius tibi ministratur? Patientia: agrote in*  
*omnibus satisfacere, difficillimum. Fortasse desunt qui*  
*recrent & solentur? Patientia: Christus Dominus con-*  
*solator est optimus. At multa desunt, quae necessaria vi-*  
*dentur? Patientia: desint omnia, unica modò addit Pa-*  
*tientia, & salva erunt omnia. Ad Carolum V. Impera-*  
*tozem articuli morbo laborantem Elektor Brande-*  
*burgicus Joachimus revisit, monuitque medicorum*  
*operà utendum. Cui Carolus: Optimum hic remedium,*  
*inquit, est patientia. Ita prorsus: Agroti Panoplia est Pa-*  
*tientia, hac ille se armet, & nec morbum, nec dolores,*  
*nec mortem nimium formidabit. Cum his ille hostibus*  
*fortiter congredietur, & certò vincet: Nam Patientia*  
*vincit omnia.*

*\* Sit illud fortasse mi-*  
*nus elegans,*  
*certe prae-*  
*dictum est:*  
*Non erit*  
*clamor in*  
*valetudi-*  
*nario, si*  
*patientia*  
*fuerit in*  
*infirmo, &*  
*charitas in*  
*infirmario.*

*Patientia*  
*amatus*  
*nec mor-*  
*tem nec*  
*dolores*  
*timet.*

### §. 40. Tandem migrandum est, hospites sumus.

*Cic. in Cat.* Ita nostra hospitio similis. Nos in domo aliena &  
*Vita nostra* precaria versamur; vix in eam admitti dimittitur,  
*hospitium* & cum abeunte abire recordatio, tanquam memoria hospi-  
*est.* tii unus dici praeferunt. Non credis? redi post dies pau-  
*Sup. cap. 5.* culos, & narra te ibi pridie hospitatum, negabit diversi-  
*vers. 15.* tor, se tot supervenientibus ullius meminisse: sic fluctus  
*Aug. 10. 10.* fluctum elidit, nubes nubem. Luculentissime Augusti-  
*ser. 31. fine.* nus: Omnes, inquit, peregrini sumus. Ipse est Christianus, qui  
*De verbis* & in domo sua, & in patria sua peregrinum se esse cognoscit.  
*Domini.* Patria nostra sursum est, ibi hospites non erimus. Nam unus-  
*quisque hic & in domo sua, hospes est. Si non est hospes, non*  
*inde transit. Si transieturus est, hospes est. Non se fallat, hospes*  
*est: velit, nolit, hospes est. Sed dimittit illam domum filius suus,*  
*hospes hospitibus. Quare? Et in stabulo si esses, non alio veniente*  
*discederes? Hoc facis & in domo tua. Cessit tibi locum pater*  
*tuus, cessurus es locum filius tuus. Nec mansurus manes, nec man-*  
*surus relinques. Si omnes transimus, aliquid quod transire non*  
*potest, operemur: ut cum transierimus, & illò venerimus, unde*  
*non transeamus, opera nostra bona ibi inveniamus. Quando*  
*igitur hospites sumus, migrare non reculemus. Non est*  
*lætius iter peregrino quam in patriam.*

### §. 41. Tertius vitae terminus.

*Iob cap. 14.* Numerus mensium ejus, apud te est. Constituisi terminos  
*vers. 5.* ejus, qui praeferri non poterunt. Quidquid agas, o ho-  
*Vitae dies* mo, quidquid moliaris, vitae tuae dies jam annumerati  
*homini* sunt tibi. Orbis medicos ad te convoca; Podalirios,  
*annumera-* Machaonas, Aesculapios, Hippocrates & Galenos om-  
*ti sunt.* nes revivificare jube, non hi omnes vel horulam annis  
*\* De ultimo* tuis apponent, ultra quam velit Deus, \* Pharmacopolia  
*est termino* exhaurias, aurum & uniones glurias, ut vitam extendas,  
*sermo est.* tamen terminos qui praeferri non poterunt, non pro-  
movebis. Cautus sis, quantum velis, vitae pericula om-

*A* nia declines, morborum principiis obstes, numerum  
mensium tuorum non augebis. Optes, voveas, roges,  
nihil agis; vitae tuae termini jam constituti sunt, nec un-  
quam (quidquid resistas) praeferri poterunt. Arenam  
maris tu quidem innumerabilem credis, sed & hanc  
numeratam habet is, qui vitae tuae annos, menses, dies,  
horas, momenta habuit numerata jam ab aeterno. Quid-  
quid vel ars tua, vel industria tibi promittant, spatium  
vivendi nec unico momento tibi reddent auctius. Ci-  
borum tibi praestantissimorum copia sit & selectus; vini  
florem bibas; nunquam labores nisi ad sanitatem; tan-  
tum somni capias quantum & lex archiatrorum, & ra-  
tio valetudinis possit; ad numerum & calcas & algeas,  
nihilominus mortalis eris, & ubi vitae tuae metam (quam  
Deus ab aeterno praevidit) contigeris, age valedic rebus  
humanis, & ad rationem reddendam te para; tribunal  
te vocat. Nullam hic moram, nullas inducias, nullam  
comperendinationem quaere. Eundum est; ne tergiver-  
sare: ratio reddenda est; ne excusa: mora omnis praecisa  
est; ne dilationem postula. Numerus mensium cujusvis  
hominis apud te est, o Deus: constituisi terminos ejus  
qui praeferri non possunt, non possunt, non possunt.  
Neque Senecam hoc latuit; Nemo, inquit, nimis cito mori-  
tur, qui victurus diutius quam vixit, non fuit. Tullius suum,  
metasque dati pervenit ad eum.

Fixus est cuique terminus: manebit semper ubi positus  
est: nec illius ulterius diligentia aut gratia promovebit.  
Lecticam tuam centum medici, sexcenti amici, mille  
cognati sepiant, eorum tamen nemo juvare te potest,  
unus & solus Deus potest. Actum est de re, o homo,  
actum est, & quidem actum est in aeternum, si tunc ho-  
stem habeas Deum. Aeternum periisti, si hoc mortis  
momento a Deo recessisti, aut, si prius recesseris, ad  
Deum non accessisti, receptus in gratiam. Ultimum vi-  
tae tuae momentum sententiam de te pronuntiat. Qualis  
moreris, & cadis, talis resurges, talis vives in omnem  
aeternitatem. Ah! sapere incipe, & Deo vivere. Quidquid  
agis, memento aeternitatis.

*Ats vel in-*  
*dustria*  
*spatium*  
*vivendi*  
*non potest*  
*reddere*  
*auctius,*

*Nulla in-*  
*ducia*  
*quaerenda.*

*Consol. ad*  
*Marciam*  
*cap. 20.*

*Ultimum*  
*vite mo-*  
*mentum*  
*sententiam*  
*pronuntiat.*

### §. 42. Prima agroti Objectioncula.

*F*acile me ipsum solari potui cum lanus & valens fui:  
facile provocabam mala absentia: ecce dolor, quem  
tolerabilem esse dicebam: ecce mors, contra quam  
multa animosè locutus sum:

Nunc animis opus Aenea, nunc pectore firmo.  
Nimirum aliud sensi cum steri, aliud nunc sentio cum  
jaceo, in lectum dejectus. Extra arenam hostem lacesse-  
re facile est; in hanc inferre animum illum quem extra  
hanc conceperis, difficile. Mortem passim contemni-  
mus, sed cum extra mortiferi teli jaculum nos esse credi-  
mus. At verò cum homo se in eodem cum morte circo-  
conclusum vider, hostem quem spreverat, timere inci-  
pit. Atque adeo aliud est, lectam meditari, aliud luctari:  
illud etiam timere, hoc non nisi fortium est.

Quid ais, mi agrote, quid contra te ipsum queris?  
quid pristinam eamque bonam mentem mutas? Quasi  
verò pugilis sit, cum in umbrà est, sapere, & animos al-  
tos gerere; cum lucta sua pulverem ingreditur, desperare  
& animo collabi. Bonus gladiator etiam in arenà con-  
silium capit, etsi prius inops consilii. Quia, mi homo, &  
aude: vicisti, si velis vincere; si possis non desperare. Edi-  
tozem & Munerarium tuum Christum aspice te aspi-  
cientem. Certaminis tui non spectator tantum est, sed Christus  
& adjutor: & omnia arma quibus ipse usus, quasi manu non tantum  
tibi porrigit. At tibi illa forsitan, uti Saulis Davidi, habilia  
non sunt? flagra, spinas, crucem recusas? Scutum cape  
PATIENTIAM: hoc tectus eris & tutus. Cetera bono  
Deo committe. Nosti illud Abrahami ad filium: DEVS  
PROVIDEBIT.

*Gen. c. 22.*  
*vers. 8.*

Objection-